

SEPTIMVS.

Alexandria 29. gra. 20. mi. arietis, & latitudo eius in septentrionem 3. gra. 35. mi. Quoniam medium cœli erat 2. gr. geminorum, fuit igitur medietas postrema pleiadum in 29. gr. arietis & medietate ferè. Quoniam centrum Lunæ præcellerat ipsum aliquantulum, & fuit latitudo eius ad partem septentrionis 3. gr. & duæ tertiæ unius ferè, quoniam fuit parum septentrionalior Lunæ centro.

¶ Item Agrias in bitinia in 12. annorum domitiani, scilicet 840. annorum Nabucho. in die secundo mensis Tobj, cuius crastinus fuit dies tertius, ante mediũ noctis horis temporaribus scilicet æqualibus 5. quia Sol in sexto Sagittarij, cooperiri uidit meridianam partem pleiadum à cornu Lunæ meridiano. In Alexandria autem id fuit ante medium noctis 5. horis & tertia horæ æqualis secundum tempus differens, sed secundum mediocre horis 5. & medietate & quarta unius. Ideo locus Lunę secundum ueritatẽ fuit 3. gr. 7. m. Tauri, & latitudo eius 4. gr. & medietas & tertia ad septentrionem. Locus autem uisus eius in bitinia fuit 3. gr. 15. mi. Tauri, & latitudo in septentrionem 4. gr. Mediabat enim cœlum 2. gr. piscium. Fuit igitur locus sequentis partis pleiadum 3. gra. & quarta Tauri, & latitudo in septentrionem 3. gra. & duæ tertiæ. Ex his constat latitudinem mansisse inuariatam, sed in longitudine mutatam esse secundum successionem 3. gr. 45. m. in annis 175. ergo in 100. annis uno gradu mouentur.

¶ Præterea Timocaris in Alexandria anno 30. reuolutionis primæ annorum Kalippi, scilicet anno 454. Nabucho. die quinta mensis Tobj, à nocte eius quem sequitur sextus, ante medium noctis 4. horis temporalibus etiam æqualibus ferè. Sole in 15. gr. piscium, uidit quod Luna consecuta erat Azimech spicam medietate sua, quæ opponitur Orienti æqualitatis, & sequæbatur Lunam Azimech parte 3. diametri Lunæ uersus septentrionẽ. Locus igitur Lunæ secundum numerationem fuit 21. gr. 21. mi. uirginis, & latitudo eius ad partem meridici gr. 1. medietas & tertia. Sed locus uisus fuit 22. gr. 12. mi. uirginis, & latitudo eius ad partem meridiei gra. 2. ferè. Medium enim Cancrĩ cœlum mediabat, fuit itaq; locus Azimech 21. gr. & tertia uirginis, & latitudo eius ad meridiem 2. gra. Similiter in anno 42. eiusdem reuolutionis, scilicet anno 466. Nabucho. die septimo mensis & medietate, siue tribus horis æqualibus, & octaua unius. Sole in medio Scorpij postquam orta est Luna, uidit Azimech contingere latus Lunæ septentrionale. Licet autem scripserit fuisse post noctis medium 3. horis temporalibus & medietate. Oportuit tamẽ id fuisse duabus horis, & medietate æqualibus post noctis medium secundum tempus differens, sed secundũ tempus mediocre duabus horis æqualibus tantũ, quod tunc cœlum mediaret 22. gra. & medietas geminorũ, & ascēderent partes uirginis circa Azimech. Locus igitur Lunæ secundũ ueritatẽ fuit 21. gr. 30. m. uirginis, & latitudo eius ad meridiẽ 2. gr. & medius. Sed locus uisus fuit 22. gr. & medietas, & latitudo 2. gr. & quarta, quare locus Azimech habuit latitudinem 2. gr. ad meridiem & fuit tunc in 22. gr. & medietate uirginis. In 12. itaq; annis qui fuerãt inter has cõsiderationes mota est Azimech per sextam partem gradus, quare in sextuplo huius tẽporis, scilicet 72. annis moueretur stella per gradũ unum. Sed quia tempus illud breue fuit, non erit ei standum.

¶ Mileus autem geometra Romæ in anno primo Traiani, scilicet anno Nabuchodo. 845. transacto die 15. mensis Mezir in nocte quam sequitur dies 16. post medium noctis 4. horis temporalibus considerare uolens Azimech, intellexit eã à Luna coopertã. Nam in fine horæ undecimæ, scilicet

L iij quinq;